

DISPUTATIO
DE
REGALIBVS.

Quam

PRÆSIDE CHRISTO

Ex Decreto Nobiliss. & Ampliss. IC. Ordinis in celeberrima Rauracorum Academia

Pro consequenda in Vtroq; Iure
Licentia

Ad diem VII. Maji

Publicè, horis locoq; consuetis, discutientiam proponit

MICHAEL WENDLANDVS
Gryphenbergensis Pomer.



BASILEÆ,

Typis IAN. IACOBI GENATII.
Anno MDCLXIV.

Coll. diss. A
234, 6

4.

Diss. A. 234 (6)

*GENERO SIS ATQ.
NOBILISSIMIS
Iuvenibus,*

Dn. ANDREÆ & Dn. GEORGIO
à Grünthal/ HAEREDITARIIS
in Cremsegg/ rc.

Dn. IACOBO & Dn. IOH. CHRISTO-
PHORO KHÖLNPECCIIS, fratrib. germanis,
Dominis in Niederwallsee & Salaperg/
in Hilprecht & Ostorff/ rc. Prä-
fectis im Haag/ rc.

Studiorum & exercitiorum liberalium gratiâ
nunc Argentorati commorantibus,

*Nec non
Præstantissimo Viro Iuveni*

Dn. CVNRA DO ENGELBRECHTO,
I.V. Cand. & prædictorum Dnn. à Grünthal
& Kholnpeck Ephoro dignis-
fimo,

*Dnn. Fautoribus, Promotoribus &
amicis,*

Grati animi significandi
causâ

*Hanc Regalem & Inauguralem
Disputationem*

D. D.

A V T O R.





D I S P V T A T I O
D E
R E G A L I B V S.
T H E S I S I.

RE GALIA a) hodiè definiri possunt,
quòd sint jura b) quæ Imp. c) vel
hujus consensu aliis d) conservan-
dæ Reip. causâ competant. e)

a) per excellentiam & antinomiasiam à vocabulo Regis
appellantur, quia propriè soli Regi competit, qui in jure
pro Imp. accipitur, c.i. §. notandum, *De his qui feud. dar. poß. c.i. §. quibus*, *De consuet. rect. feud.* nam & moris est, ut priùs creetur
Rex Rom. ac postea Imp. inauguretur, juxta Auream Bullā
Caroli IV. Qua de causa Gunther. lib. 8. REGIA IVRA nomi-
nat, & Ferrar. de F. lib. i. t. 51. ea BASILICA nominari adserit,
ac Imp. Maximil. II. laudabilissimæ memoriæ nominat Kai-
serliche Hoheiten vnd Reservaten / in recessu Imperii Anno 1576.
§. Dardurch dann. b) & non res, quia sunt jura, quæ pro-
priè solus Imp. habet, & per quæ ille solus de rebus, quæ sub
his juribus continentur, disponere potest. c) non quòd
exteri Reges illis destituantur, sed quòd Regalia Romani
Reges à nemine alio acceperint, quodque iis, ut alii Reges
utantur, fruantur, Pruckin. c.i. n. ii. de Regal. Quæritur de Pon-
tifice Rom. An ei etiam Regalia proprio jure competit?
Negativa mihi placet sent. quæ confirmatur ex eo, quod
Christus dixit: Reges gentium dominantur, vos non sic,
Matth. 20. Marc. 10. Luc. 22. Et dicunt Bl. & Alvar. ad c.i. de Feud.
Marchiae, &c. Pontificem Rom. P R A V A V S V R P A T I O N E
sibi Regalia adscribere, idemque sensisse videtur Menoch.

A 2

conf. 298. n. 18. & seq. vol. 3. d) ut sunt Principes, Comites, Barones, Civitates & Nobiles, qui tacito vel expresso Imp. consensu Regalia tenent, & in suis regnis, provinciis atque territoriis regalibus utuntur. e) quia Regalia ita sunt imperantium propria, ut iis non tam sui, quam Reip. causâ uti debeant. Et hoc adeò verum est, ut hinc PASTORES POPVLI appellantur, & hinc Impp. olim dicti bono Reip. nati, & AMPLIATORES CIVIVM, AD SERTORES LIBERTATIS PVBLICÆ, LOCVPLE TATORES ORBIS TERRARVM nominati sint. De quibus & similib. epithetis vide re licet Hub. Goltz. *in suo thesaur. rei antiqu. c. 5.* Salus enim Rei-pub. præcipuè semper imperantium finis esse debet.

I I.

Distinguuntur communiter in majora & minora.

Rosenth. c. 5. concl. 2. n. 1. Zaf. in epit. F. p. 8. n. 19. Borch. c. 1. n. 3. Vult. c. 5. n. 7. Claud. Seysell. in suo spec. Feud. ad tit. Qui feud. dar. poß. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 9. Ferrar. Mont. de F. lib. 5. c. 7. ver. Regalia. & lib. 2. c. 1. v. quandounque. Pruckm. de Regal. c. 3. n. 2. Sonsbec. tr. Feud. p. 8. n. 19. Camerar. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid.

I II.

Majora, in quibus potissimum suprema potestas, dignitas & præminentia Principis relucet, a) sunt hæc: Leges condere b) & interpretari, c) Regales cōferre dignitates d) Nobilitare, e) Legitimare, f) Famæ restituere, g) erigere Vniversitates, &c.

a) quia hæc Regalia ostendunt eum, qui talia proprio iure habet, omnium supremum esse, omnemque potestatem habere. Appellantur à nonnullis etiam POTENTIORA, Moz. de F. t. de nat. F. n. 25. PERSONÆ PRINCIPIS ADHÆRENTIA, Pruckm. de Regal. c. 5. n. 98. OSSIBVS PRINCIPIS

CO-

C O H Ä R E N T I A, Camer.c.i.de prohib.feud.alien.per Frid. vers.Se-
ptima conclusio.Wesenb.conf.61.n.31. SACRA SACRORVM,Ni-
col.Everh.in loc.leg.A plenit.pot.n.9.BI.in c.intellecto,de jurejuran.
b) §.Sed & quod principi.6.Inst.de jur.Nat.G.& C.l.ult.§.i.C.de ll.
Bodin.1.de Rep.c.10.Vult.de F.c.5.n.7. Localem tamen legem
quilibet Dux,Marchio, Comes,&c. perpetuam dignitatem
& jurisdictionem habentes in suo territorio condere pos-
sunt.Gotfr.ad d.l.fin.Vasq.1.illust.controv.47. c) d.l.fin.ubi di-
citur leges interpretari solo dignum imperio esse oportet,
l.& ideo.11.ff.eod. Hoc si semper fuisset observatum à tempore
Justiniani,vix ulla superesset ex iis quæ hodie sunt innume-
ræ de ll.intellectu disputationes. Et hoc Regale sibi usur-
pant magno Reip.naufragio quilibet judices. d) ut Du-
catus,Marchionatus,Landgraviatus,Comitatus,Barona-
tus,c.1.Quis dic.Dux,March.Comes, ubi Alvar.n.2. Afflict.n.1.& 2.
Borch.in explic.tit.Quae sint regal.n.4.Rosenth.c.5.n.3. Etsi autem
Baronum in libris Feudorum nulla expressa fiat mentio,ta-
men cum intit.de Feud.March.vel Duc.in pr.non simpliciter di-
catur: Si quis de Marchia vel Ducatu vel Comitatu investi-
tus fuerit, sed addatur, VEL ALIQUA REGALI DIGNITA-
TE, ideo extra dubitationis aleam est, tam suprà nomina-
tors quam Barones hisce verbis denotari, quia haec verba
indicant plures esse Regales dignitates, quam quæ sunt e-
numeratae. e) Ferrar.Mont.lib.2.de F.c.1.& 7.Rosenth.d.c.5.
concl.2.n.4.Nobilitas enim magna est dignitas,& varia pre-
claraque sunt ejus privilegia & prerogativæ,ut latissimè &
reliquis accuratiū scripsit Tiraq.de Nobilit.c.2. Hic quæri
potest, An nobiles siant & privilegiis Nobilitatis fruantur
filii, qui nati sunt ante adeptam à patre nobilitatem? Affir-
mativæ sent.certissimum fundamentum positum est in l.Se-
natoris.5.ff.de Senat. ubi dicitur nihil interesse, an quis suscep-
tus sit patre jam in dignitate constituto, an vero anté,
f) Novell.89.c.1.l.quær.3.ff.de natal.restit. Ferrar.Mont.de F.lib.
2.c.1.& lib.5.c.7.ver.Regalia. An legitimati per rescriptū Prin-
cipis extantibus naturalibus & legitimis in Feudis succe-
dant, quæritur? Affirmativa sent.eo casu sustineri posse pu-
to, si in specie & disertis verbis ad feudi successionem legi-

timentur, gl. in §. naturales. Si de feud. def. cont. int. dom. & agn. vas.
& ibidem interpp. communiter. Idque non in feudo novo dun-
taxat, Afflct. in d. §. naturales. n. 9. & seq. verum etiam in feu-
do antiquo. Borch. c. 7. p. 2. n. 54. ubi addit, etsi hoc durum sit,
communiter tamen receptum esse. Hoc tamē ita accipiunt,
si naturalis volente patre naturali ad feudum legitimetur.
Nam si patre naturali vel inscio vel etiam mortuo filius na-
turalis per rescriptum Principis se legitimari curer, pro-
pterea tamen jus succedendi in feudo non consequitur, nisi
forte in feudo alio quam paterno, ut maximē legitimatio
ad feuda expressè facta sit, Pistor. 2. q. 40. n. 22. g) l. i. ff. de
quaest. l. i. & ibi Dd. C. de sent. pass. l. i. ff. de nat. restit. l. i. §. de qua au-
tem. 10. ff. de postul. Exempla habentur in recessu imperii Spi-
rensi de anno 1526. §. Und wiewol.

I V.

Minora Regalia, quæ magis in reditu ac
fructu consistunt, a) sunt jura fiscalia seu fi-
sco Imp. competentia. b)

a) Quia hæc Regalia magis ad utilitatem quam Maje-
statem Imp. & Imperii spectant. b) tot. tit. ff. de jur. fisc. hæc
etenim jura fisco sunt deputata: de quo memorabile est,
quod Imp. Trajanus fiscum LIENEM appellat, quo crescen-
te cæteri artus contabescunt. Et licet Imp. solus proprio
jure fiscum habeat: tamen hodie deprehendimus, multos
alios ex tacita vel expressa Imp. concessione etiam jura Fisci
possidere, vide Bocer. de Reg. c. 3. n. 7.

V.

Et habentur à plerisque omnia, quæ re-
censentur in c. un. Quæ sint Regalia.

Borch. c. 1. Quæ sint regal. Vult. cap. 5. n. 7. Sed minùs recte; cùm
nonnulla ex iis Regalibus sint majora; sicuti in seqq. appa-
rebit. An autem in eum numerum jus venandi sit referen-
dum, controversia non levis est. Adfirmant hoc Mandos. in
tract. de inhibit. q. 62. n. 2. Pruckm. in tr. de Regal. §. venatio. Menoch.
tract.

*conf. 203. n. 31. Heig. p. 1. q. 15. n. 45. Meurer von Jagt vnd Forstrecht
fol. 118. §. Quinimò. Verùm communis Dd. sent. est in contrarium, quæ verior est, Dec. conf. 197. Tiraq. tr. de Nobilit. c. 37. n. 150.
Wesenb. in parat. de adquir. rer. dom. n. 7. Dd. jus venandi & au-
cupandi de Regalibus esse tradentes, suam sent. ob affinitatem, quam illud cum jure piscandi habet, putant cōfirmari
tex. in d. c. un. Sed quod ad hunc tex. attinet, sciendū est in eo
nullam fieri mentionem juris piscandi, nec illud inter Re-
galia refertur, sed tantum redditus sive vectigal pescationū.
Vnde non exindè concluditur, jus etiam venandi Regali-
bus apponendum.*

V I.

Primò autem in d.c.un. inter Regalia re-
feruntur Armandiæ sive Armanniæ ^{a)} & viæ
publicæ. ^{b)}

a) In hujus vocabuli significatione enucleanda adeò
fluētuant Dd. animi, ut alii alias huic affingant notiones.
Quidam id intelligi voluerunt de amœnis viis publicis, ut
referunt *And. de Isern.* & *Matth. de Afflict.* Non nulli hoc nomen
interpretantur de litoribus, proindeq; (ridiculum) ab ar-
ditate Armandias dici putant, quam sentent. *Andr. de Isern.*
(qui Feudistarum Evangelista dicitur) & *Matth. de Afflict.*
amplectuntur. *Ferrar. Mont. lib. 5. c. 7.* per hoc verbum intel-
ligit præstationes, quæ terrarum Dominis ex bobus, ovib.
& id genus aliis pecoribus fiunt. Sed malè. Nos Baronem,
Cujaciū, Hottom. & Sixtin. fecuti, illud ad jus arma fabri-
candi vel officinas illas publicas habendi, in quibus arma
fabricantur, referimus. Cui Regali adhærere videntur qui-
busdam **Ivs GERENDI BELLVM, MILITEM CONSCRI-
BENDI, HABENDI DELECTVM &c. l. Lex 12. tabb. 3. ff. ad L.**
Iul. Majest. Br. in l. hostes. 24. ff. de capt. & postlim. revers. *Choppin. de*
doman. Franc. lib. 3. t. 26. n. 19. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 15. Vult.
de F. c. 5. n. 7. Et adeò jus indicendi bellum vel ejus indicendi
licentiā alicui dare ad Regalia pertinet, ut id ex Majoribus
Regalibus sit. *Bodin. de Repub. lib. 1. c. 10. adserit*, nullum ferè

ma-

majus esse ex iis, quæ ad jura Majestatis pertinet. Atq; hinc
est, quod Constitutione pacis publicæ, tit. Von Mandaten
des Cammergerichts wieder Friedbrecher. & Ordinatione Ca-
meræ p. 2. t. 9. §. Und ob sich/it. contra eos, qui ex quacunque
causa ad alterius offensionē delectum militū agunt, man-
data avocatoria sub pœna Banni sine clausula justificatoria
decernuntur. *Sixtin. lib. 2. c. 1. n. 21.* Similiter huic Regali adfi-
ne est, *Ius CONCEDENDI REPRESSALIAS*, cùm eae in-
star bellii sint, *Laudensis in tr. de repressal. n. 5. 6. 8. Wesenb. conf. 46.*
n. 9. & 29. Impp. autem Romani non consueverunt conce-
dere repressalias ob denegatam justitiam, vel aliam ob cau-
sam, et si hoc sæpè peritum fuerit, idq; eo fine: nam in con-
cedendis repressaliis pugna quodammodo offertur, unde
bellum sequitur, & licet illud justum esse dici posset, *text. in*
c. dominus noster. 23. q. 2. tamen quantumvis justum sit, infinita
secum trahit incommoda & latrociniis atq; publicis scan-
dalibus viam aperit, quibus summus Princeps ansam præbere
non debet, *tex. in l. nam salutem. 3. ff. de offic. præf. vig.* & in §. 1. de
pac. ten. & jur. fidel. & in c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. Geil. de
pignor. c. 2. n. 3. b) quæ alias VIAE BASILICÆ sive REGIAE
vel PRÆTORIAE vel CONSULARES, Kaiserliche freye Heer
oder Reichsstrassen. Item Offenstrassen vel Landstrassen ap-
pellantur, quas à latronibus, plagiariis & prædonibus se-
curas & purgatas teneri convenit, *l. 2. §. viarum 22. ff. Ne quid*
in loc. publ. l. 1. §. summa cū utilitate. 2. ff. De his qui effud. l. 3. & l. con-
gruit. 13. ff. de offic. præsid. l. 2. §. 4. & 9. C. de offic. præf. præt. Afric. Idq;
omnium maximè procedit, si à peregrinantibus aliquam
penitentiationem & tributum accipient, prout communiter
pro salvo conductu fieri consuevit, *Bl. in c. 1. §. conventiculas. n.*
7. de pac. ten. & jur. fid. & in c. 1. in ver. Marchio. n. 5. De his qui feud.
dar. poss. Nonnulli vias publicas ad majora Regalia referunt,
quod scilicet Imp. jus est cogendi cives Romanos, magi-
stratus maximè provinciæ & territorii cujusque, ut vias pu-
blicas & muniant & tutas reddant, *per tex. l. absit. 4. ubi Cuiac.*
C. de privil. August. lib. II. A multis vexata est quæstio, Ad quæ
pertineat cognitio & executio criminis, veluti homicidii,
quod in via commissum est publica? Nonnulli in hac sunt
opinio.

opinione, cognitionem penes illum esse, qui jus regale in eadem via publica habet, *Borch.lib.2.F.ad t. Quæ sint regal.n.25.* *Sneidvv.ad §.ult.n.8. Inst.de I.N. G. & C. & intr.de F. p.2.n.102. & 103. Zang.de except. p.2.c.1.n.9.* Contraria tamen sententia videtur veriore esse, *Pet.Iac.Aurel.in aurea pract.libell.Rub.12.n.68. & seq. Alciat.ad l.paries.157.ff.de V.S. Cæpol.tr.de servit.rust.præd.c. 3.n.32. Guid.Pap.decis.577.Boc.de reg.c.2.n.145.* qui scribūt, quòd cognitio & cohercitio criminis publica in via commissi ad eum spectet Magistratum, qui circumquaque territorium & in eo jurisdictionem habet, quorum sent. procedit, si per jurisdictionem merum quoq; imperium intelligant. Confirmat hanc sent. quòd Magistratus cuiusq; loci terrendi, id est, submovendi jus & potestatē habet, *l.pupillus.239. §.territorium.ff.de V.S.* Et quia territorii cuiusq; Magistratus jurisdictionem habet in prædiis viæ publicæ vicinis & confiniibus, certè eandem quoque jurisdictionem in ipsis viis publicis habere existimandus est, tum quia si via publica fluminis impetu vel ruinâ amissa sit, vicinus proximus de fundo suo viam præstare tenetur, *l.si loci.14. §.ult.ff. Quemadmodum serv.amitt.* Sed si quis in confinio occisus reperiatur, cuius est de delicto cognoscere? Variant hīc Dd. Bl.ad l.arbor.19.ff. comm.divid. & ad eund.tit. Zaf.in parat. circa fin.vers nota maleficium. ad utrumque Magistratum criminis illius cognitionem spectare sentiunt. Alii volunt, ad illius Magistratus jurisdictionem homicidium illud spectare, in cuius territorio interfeci caput positum reperitur, *arg.l.cùm in diversis. 44.ff.de relig. & sumt.fun. Borch.in c.un. Quæ sint reg.n.26. Sneidvv. ad §.ult.n.8.de I.N.G. & C.cùm caput nobilior & principalior pars hominis intelligatur, ut est tex.in l.fin. ff.de relig. & sumt. fun.* Alii autem ibi delictum esse commissum, ubi homicida stetit: & ejus esse cognitionem, in cuius territorio crimen commissum, *l.i.C.ubi de crim.agi oport. & Nov.134.c.5.* Sed quæ sententia juri convenientior?

Elige cui dicas, tu mihi sola places.

VII.

Inter Regalia deinceps referuntur flumi-

B

na publica navigabilia, a) portus, b) & ripatica, c) usu tamen eorum manente publico, d) navigatione, puta, piscatione & si quæ similia his reperiantur.

a) Dd. in c. i. Quæ sint Regal. sicuti enim viarum publicarum, ita fluminum etiā publicorū cura ad Imp. spectat. Non inconvenienter hīc quæritur: An sine Principis licentia alicui licitum extruere publico in flumine molendinum? Quidam hoc adfirmant, arg. l. nemo. 4. & seq. ff. de rer. divis. & l. flumin. 24. ff. de damn. infect. Negativa autē sentent. veritati propior est, l. i. §. non autem. 12. §. ait prætor. 14. §. deinde. 19. & §. jubetur. 21. ff. de flumin. ubi I C. Ulp. clarissimè ostēdit, nihil à quo quam fieri posse in flumine publico, quo vel navigatio vel statio vel fluminis cursus aut usus difficilior redditur. Cū ergo extra dubium sit, quod per molendinorum extructiōnem navigatio vel statio in fluminibus impediatur, certè non debet in alicujus arbitrio esse absque Principis concessione extruere molam in publico flumine. Hanc nostram sent. confirmat l. quo minus. 2. ff. de flumin. ubi Pompon. dicit, ex flumine navigabili, aut eo, ex quo aliud sit navigabile, ut aqua ducetur non permitti. Huic senten. etiam robur addit tex. in l. un. in pr. §. ait prætor. 3. & §. sed et si. ff. Ne quid in flum. publ.

Ulterius hīc quæritur: An facto naufragio bona quæ erant in navi cadant in cōmissum, & ad Dominum fluminis pertineant? Negativæ sent. subscribimus, arg. Auth. navigia. C. de furt. ubi omnes consuetudines in contrarium tām præsentes quām futuræ tolluntur, adeò ut transgressores incident in pœnam d. Constit. Et ejusmodi consuetudines juri naturali & æquitati repugnant, cū iniquissimum & absurdissimum sit, ex re omnino calamitosa & luctuosa emolumētum capere: & quem nostris opibus sublevare debemus, ei reliquias quas ad littus vel ripam ejectas bonā fide restitui oportebat, diripere, l. ne quid ex naufragiis. 7 ff. de incend. ruin. naufr. l. i. C. de naufrag lib. ii. affl. & toque afflictionem addere, l. Divus. 14. ff. de offic. præsid. & l. tām dementis, 28, C. de Epi- scop.

scop. aud. ideoque barbarum illud esse dicit Bodin. *de Rep. lib.*
1.c.10. additq; si in ea re non vero errore, sed scientia peccetur,
scelus esse, quod erroris specie prætenditur. His adstipulatur Ordin. seu Constit. criminalis Caroli V. c.219. ubi
hujusmodi consuetudines tanquam corruptelæ & irrationabiles annullantur, cassantur & in perpetuum tolluntur,
quam omnino vide, quia plures casus cōtinet, quibus consuetudines quorundam locorum Germaniae ipso jure reprobantur, & canonem latæ sent. habent. In Camera Imperiali contra hujusmodi consuetudines à præcepto inchoari potest, & mandata SINE CLAVSULA decernuntur,
Geil. 1. obs. 18. n. 6. Si autem sint navigia, quæ piraticam exercent pravitatem aut Christiano nomini inimica, tum bona cadunt in commissum, & ad Dominum loci pertinent.
b) Portus locus est conclusus, quo importantur merces, & inde exportantur. Item statio conclusa atque munita, quod naves ibi tutò stare possint, *l. portus. 59. ff. de V. S. Cæpoll. de servit. præd. rust. c. 28. Rosenth. c. 5. concl. 31. n. 1.* Et quamvis portus publici sint, & proprietas ejus populi, ubi sunt portus; Imp. tamen non minus circa portus, quam circa flumina disponere potest, & ob id portus inter Regalia referuntur. c) Ripa ea esse putatur, quæ plenissimum flumen continet. *l. flumina. 3. ff. de flum.* Per RIPATICA Dd. intelligunt provenitus & commoda, quæ tanquam vestigia quoddam riparum occasione percipiuntur. *And. de Ifern. Prepos. Matth. de Afflict. Alvar. Bl. Cuiac. Hottom. Borch. & alii in c. 1. Quæ sint Regal.* d) unde cuilibet licet iis uti, modò sine injuria alterius id fiat, *l. riparum. 5. ff. de rer. divis. §. flumina. 2. & §. riparum. 4. Inst. eod. d. l. 1. ff. de flum. l. 1. ff. ut in flum. publ. navig. lic.* ideoq; non minus quam in via publica tria consideranda sunt in flumine publico, Proprietas, Jurisdictio & Usus, *Steph. Forcat. dial. 14. n. 5. Heig. q. 40. n. 123.* Inter ea proprietas & jurisdictio est quidem ejus, qui Regalia habet, usus verò communis manet, adeò quod jus piscandi competit omnibus in eis, *l. 2. ff. ne quid in flum. publ. & d. §. flumina.* Proinde adversus eos, qui obstant, quod minus in fluminib. publicis hic usus liber sit, interdictū competit, *d. l. 1. §. deterior. 15. ff. de flumin. l. 1. ff. ne quid in flum. publ.*

IX.

Maximè quoque inter Regalia reluent
vectigalia,^{a)} quæ vulgo telonia ^{b)} dicuntur.

^{a)} quæ interdum minoribus annumerantur Regalibus,
interdum majoribus. Minoribus, quando ad Imp. fiscum
pertinent, *l.l. ff. de loc. publ. fru. l. inter publica. 17. ff. de V.S. l.l. §. 1.
ff. de publican. & vectig.* Majoribus seu Majestatis Regalibus
annumerantur, quo ad potestatem tribuendi Principi, Co-
miti, Baroni, Nobili aut Reip. alicui jus exigendi vectigal.
Hanc enim potestatem solus Imp. concedere potest, non a-
lius quisquam, *l. vectigalia. 10. ff. de publican. & vectig.* imò qui
autoritate propriâ nova vectigalia instituere deprehen-
duntur, pœnâ ambitus puniuntur, *l. un. §. item is. 4. ff. ad l. Iul. de
ambit.* Et sanè de Regalibus supremi Principis ea esse, & à
Frid. I. in c. un. *Quæ sint Regal.* expressè inter ea referri eò mi-
nùs mirum videbitur, quòd etiam antea jure civili Imp. ho-
rum jus competierit, & in iis constituendis consensus ejus
necessarius fuerit, *d.l. vectigalia. l.l. 2. & 3. C. nov. vectig. instit. c.
innovamus, de censib. & c. super quibusdam. §. præterea, de V.S. idém-*
que in Comitiis anno 1576. Ratisbonę ab Imp. Maximil. II.
gloriosissimæ memoriae & Imperii Ordinibus habitis cau-
tum est Constitutione Imperii, §. Weiter seind/c. §. Dardurch
dann/c. & §. Derhalben damit/c. ubi expressè ad reservata
Imp. Regalia referuntur, & simul vetatur, neminem ex Im-
perii Ordinibus privatâ autoritate vectigalia instituere aut
vetera augere debere. Nā quatenus vectigalia antiqua au-
gentur, eatenus nova sunt & pari passu cum novis ambu-
lant, *Salic. ad d.l. 2. C. nov. vectig. instit. Rot. à Valle cōf. 42. n. 12. vol. 3.*
Magistratus tamen privata autoritate ex vi jurisdictionis
pro usu Reip. in civitatibus pro frumento, cerevisia aut aliis
mercibus instituere potest tributa, quæ propriè ACTESIA
sive ASSISE, Germ. Zise / Assise oder Accise vocantur, vide
Gæd. conf. 2. n. 9. Mindan. c. 42. n. 3. Sed hīc non ineleganter
quæri potest, An Princeps vel Comes teloniū de loco con-
sueto in alium transferre possit? In præjudicium solven-
tium



tiū vectigal id licetē fieri posse nego, arg. l. si cui. 9. ver. verum.
ff. de servit. ubi ille, cuius fundo servitus ita debetur, per vicinum alterius prædium eò jubetur ire, quò primùm viam direxisset, nec amplius illi mutandæ ejus viæ potestas conceditur. II. Quia in vectigalibus pristina consuetudo spectari jubetur, l. si publicanus. 4. ff. de public. & vectigalibus. III. Quia prohibentur vectigalia reformari, l. vectigalia. 10. ff. de public. & vectig. IV. Quia translatio illa vectigalis, quæ in mercatorum aliorumque transeuntium sit præjudicium, difficiliora reddit commercia, cariores etiam ipsas merces facit, & perniciosos in populo tumultus parit, Verursacht daß die gemeine Gewerb / Commercien / Victualien / vnd alle Handthierung zu noch höherm Aufschlag / Werth vnd Thewrung mercklich getrieben werden / auch leichtlich vrsach zur Ungedult vnd schädlicher Empörung gebe. Unde meritò hæc translatio prohibita censetur. Videatur §. Dardurch dann nicht allein / & §. seq. in recessu imperii Ratisbonensi Anno 1576. Boc. de Regal. c. 2. n. 195. vide etiam Pet. Frid. Mind. lib. 2. de mand. Utrū verò quod tanquam vectigal solvitur in pecunia consistat, an verò ex ipsis rebus sive speciebus præstari debeat, scitè hīc quæritur? Prius juri & æquitati naturali & publicæ utilitati cōveniens arbitramur, per l. universi. 5. C. de vectig. & commiss. ubi dicitur, quod pro rebus præstari debeat, aliud igitur quam res solvitur, cujusmodi est pecunia, vide Henning. Gæd. conf. 7. n. 9. & 17. & conf. 8. n. 4. b) à Græco nomine τέλος, quod inter cætera significat vectigal, unde τέλοντες sive τελῶναι appellantur, qui vectigal exigunt. Alias appellantur GABELÆ, DATIÆ, VIDAGIA, PASSAGIA, vide Pet. Frid. lib. 2. c. 42. n. 3.

I X.

A' solutionetamen vectigalium immunitatem habent, Illustres, Generosi, Nobiles, Ambassatores, Legati Principum, Cameræ & Parliamentorum Adseffores, Con-

siliarii, a) Professores, Studiosi, b) Personæ Ecclesiasticæ, c) & similes.

a) *per tex. in l. omnium. 6. C. de vectig. ubi personæ tantum privatæ vectigalium oneri subjiciuntur, l. à legatis. 8. C. d. t. ita quoque statutum esse in Ordnung des Regiments Augustæ Anno 1500. fol. 41. item Wormatiæ Anno 1521. fol. 116. testatur Pet. Frid. lib. 2. de mand. c. 42. n. 6.* b) *hi enim pro libris aliisq; rebus propriis, quas studiorum causâ habent, nullum tenentur solvere vectigal, ut docent Accurs. Br. Bl. Salic. Alber. de Ros. Cyn. & Dd. communiter in Auth. Habita. C. Ne fil. pro pat. adde etiam l. universi. 5. C. de vectig. & commiss. Hodie plerumq; per avaritiam & audaciam publicanorum eò deventum est, ut hoc privilegium, non, ut debet, servetur, de quo conqueritur Horat. Luc. privileg. schol. 59. ubi simul ostendit, etiamsi consuetudine inductum sit, ut solvatur tam pro personis quam pro rebus, licet non venalibus: tamen hæc consuetudo, ut que ipsa est Constitutione Imperiali damnata, non subsistit contra scholares, & proinde non tenentur ad vectigalia salvenda, in quibus consuetudo attendi debet, l. si publicanus. 4. §. ult. ff. de public. & vectig. Quod si publicanus illicè exegerit à Studio, injuriam ei facit, ergo punietur in quadruplum & infamiam ex Constit. Frid. Imp. licet alias regulariter teneatur intra annum in duplum, post annum in simplum, l. i. ff. de public. Studiofus autem illicè aliena pro suis vendicans, vectigal defraudare censetur, & res publicationi subjacent, l. i. ubi Br. C. de navib. non excus. l. fin. C. de annon. & tribut. Sed an omnia etiam illa, quæ sunt Studiosi, in commissum cadant, non absque ratione dubitatur? Innueri hoc videtur tex. in l. cotem. 11. §. dominus. 2. ff. de publican. Verum equius & justius est, ut illicita tantum vendicentur, Bl. in l. cum proponas. 3. C. de naut. fœn. Horat. Luc. privil. 54. in fin. Gilken. in d. Auth. Habita. n. 44. & seqq. c) *l. presbyteros. 5. C. de Episc. & Cler. c. quanquam. de censib. in 6. Clem. idq; tradunt Dd. communiter in Auth. Item nulla communitas, C. de Episc. & Cler. Rol. à Vall. cons. 61. n. 1. lib. 4. ubi ait, sic concludere Cyn. & Bl. in l. omnis. 2. C. de Episc. & Cler. per l. placet. 5. C. de SS. Eccl. Bertachin. de Gabell. p. 6. q. 7.**

X. Re-

X.

Regalibus adjiciuntur jus cudendæ monetæ, *a)* mulctarum pœnarumque compendia. *b)*

a) Dicitur moneta à monendo, quod moneat, cuius auctoritatis & aestimationis propriè sit, & ne quid fraudis in ære, signo vel pondere fiat, *Coras. lib. 3. miscell. c. 13. n. 3.* ubi addit doctissimos etiam Grammaticos hoc docere. Jus autem cudendæ monetæ propter rei præstantiam & excellētiā summamque utilitatem in Rep. & pœnæ, quæ in adulteros monetæ constituta est, gravitatem, à multis potius ad Regalia Majestatis quam minora refertur, quia hoc jus cudendæ publicæ monetæ soli Imp. competit, *l. si quis nummos.* *2. C. de fals. mon.* Cùm verò grave crimen committere dicatur, qui falsam monetam fabricat, quæritur, quâ pœnâ adficiendus sit? Olim L. Cornelii de falsis puniebatur, *l. qui falsam. 19. ff. ad l. Corn. de fals.* Hodie verò pœna ex Impp. Constitutionibus exasperatâ flammatur exustionibus mancipatur, *l. 2. C. de fals. mon.* Carolus V. in der Peinlichen Halsgerichtsordnung art. III. Nec distinguendū cum Covar. in tract. de vet. num. collat. c. 8. n. 3. inter monetam auream & argenteā, ut in solis iis, qui falsam auream monetā cudunt, ignis pœna locum habeat, *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 7.* Tondens autē monetam, eamque radens vel tingens, si liber est, bestiis subicitur; si servus, ultimo adficitur supplicio, *l. quicunque. 8. ff. ad l. Corn. de fals.* Ulterius quæritur, An credita aureorum summa certa, aurei reddendi sint, vel creditis thaleris certo numero, solutio in thaleris fieri debeat, an verò etiam alterius generis, puta, minutam reddere pecuniam jure possit debitor? Posterius placet Cuiac. *ad l. quæ extrinsecus. 65. ff. de V. O. Donell. in l. 3. n. 10. ff. de reb. cred. & alius.* Verū prius juri & aequitati congruum esse opinor. Naturalis namque conditio mutui hæc est, ut id quod mutuo datum est, in eodem genere & qualitate eadem reddatur. *§. & quoniam. in pr. Instit. Quibus mod. re contrah. oblig. l. mutuum damus. 2. ibi: sed idem genus. cum l. seq.*

t.seq. ff. de reb. cred. Nov. 4. c. 3. vide etiam recess. Imperii de Anno 1559. p. 231. §. Die jetzt gemelten / ver. Aber wans hievor. Ter-
tiò quæritur, Utrum mutatione monetæ factâ, contractus
an solutionis tempus attendi in solutione facienda debeat?
Nonnulli sunt, qui de valore monetæ tempus solutionis
non autem contractus spectandum esse existimant, *Ioh. Fab.*
in Auth. hoc nisi. C. de solut. Rom. conf. 123. Molin. de Vsur. n. 749. Sed
verior imò verissima est sent. contraria eorum, qui tempus
contractus spectandum esse censem, eaq; confirmatur tex.
in c. cum canonice, de censib. Myns. cent. 4. obs. 1. ubi etiam in c. a. o.
liam causam, de censib. adducit. Geil. 2. obs. 9. n. 3. & obs. 73. n. 3. ubi
addir l. uxorem. 41. §. testamento. ff. de leg. 3. quem ibidem ait no-
tabilem esse. Et quòd valor monetæ inspiciendus sit à tem-
pore contractus seu obligationis, & non à tempore solu-
tionis, post multā disputationem decisum fuit in Camera
in causa Episcopi Basil. contra Schamburg/ teste Myns. d. loc.
b) c. un. Quæ sint reg. l. mulctarum. 5. & l. seq. §. quod si. 4. C. de mod.
mulct. l. quicunque. 8. §. universi. 3. C. de hæret.

X I.

Ad hanc classem etiam referuntur bona
vacantia,^{a)} quæ etiam caduca appellātur.^{b)}

a) l. 1. §. Divus. 2. & l. eum qui. 41. ff. de jur. fisc. l. 1. l. vacantia. 4. &
seq. C. de bon. vac. Eorum verò bona pro vacantibus habenda
sunt, qui sine hærede moriuntur, d. l. 1. C. de bon. vac. l. pen. C. de
præpos. fac. cub. Tenendum autē est in universum de vacantibus
bonis, ut ea pro vacantibus habeantur, priùs discussio-
ne & inquisitione opus esse, ita quidem, ut proclamation de
hac refiat, & proclaimata publicè affigantur, eaque ratione
publicè denuncietur, ut si qui defuncti hæreditatem sibi de-
beri putent, se fistant, quâ discussione & inquisitione præ-
missâ, si nemo compareat, bona vacantia esse censebantur,
ut tradunt Br. & Paul. de Cast. in l. sancimus. 7. §. cùm autem l. C. ad
SC. Trebell. Boß. de bon. vacant. n. 4. & 12. eoque facit l. si eo tempo-
re. 6. C. de remiss. pign. & rescriptum Impp. l. ult. C. de bon. vac.
Sixtin. lib. 2. c. 9. n. 30. Sed dubiæ quæstionis est, An etiam co-
gnati & agnati ultra decimum gradum constituti in agna-
torum

torum & cognatorum successione fiscum excludant? Affirmantibus patrocinium nostrum pollicemur, tex. in §. ceterum. 3. Inst. de legit. agn. succ. §. ult. Inst. de servil. cogn. l. un. C. Vnde vir & uxor. Nov. 118. c. 3. §. si verò. Eguin. Baro ad d. §. ult. Wesenb. ad §. ult. n. 4. Inst. de success. cogn. Don. lib. 3. comment. c. 4. Dissentit Ias. in l. fin. n. 3. Vnde legit. Dec. ibid. n. 6. Ant. Peregr. lib. 4. de jur. fisc. tit. 3. n. 3. & alii Dd. Versatur in quæstione illud, An fiscus cum in bona vacantia succedit, inventarium conficeret teneatur, & eo non cōfecto ultra vires hæreditatis conveniatur? Neganter multi Dd. quos à veritatis tramite nihil aberrare censemus. Inventarii enim confectio pro hæredibus est inventa, qui ultra vires hæreditatis creditoribus hæreditariis tenuerunt, l. ult. C. de jur. delib. Nov. 1. c. 2. Fiscus autem neque hæres est, sed loco tantum hæredis, l. inter eos. 51. §. ult. ff. de fidejuß. neque ultra vires hæreditatis tenuerunt, l. i. §. an bona. & ibi Br. l. non possunt. 11. ff. de jur. fisc. Alex. & alii Dd. ad rub. ff. de adquiren. vel amitt. hæred. Peregrin. de jure fisci. tit. 3. n. 25. Farin. de delict. & pœn. lib. 1. t. 3. q. 52. n. 183. Cæterum solet & hoc controverti, An fiscus succedens in bona vacantia, legata & fideicom. missa præstare iis, quibus relicta sunt in testamento defuncti teneatur? Ad adfirmantium partes non invitus transeo, l. quidā testamento. 96. §. 1. ff. de leg. i. l. cū fisco. 9. ff. ad SC. Sillan. l. recusare. 6. §. si fisco. 3 ff. ad SC. Trebell. l. dicitur. 14. ff. de jur. fisci. l. un. §. ult. C. de cad. toll. ubi gl. in ver. pepercimus, rationem adfert, quia scilicet bona ad fiscū transeunt cum suo onere, adducit l. in facto. §. 1. ff. de condit. & dem. Bl. in l. eam quam. 14. n. 5. C. de fideicom. Salyc. ad d. l. un. §. pen. n. 39. C. de cad. toll. b) nec mirum, cum bona caduca generaliter & in nostro jure vocentur omnia ea, quæ ex aliqua causa in fiscum cadunt, l. 3. ff. de his quæ in testam. del. l. si quis officium. 38. l. dote. 61. l. cum fisco. 9. de SC. Sillan. & l. 2. ff. si quis aliq. testar. prohib.

XII.

Porrò Regalibus fisci apponuntur bona quæ indignis auferuntur: a) Item contra-

C

hentium incestas nuptias, b) & condemnatorum & proscriptorum. c)

a) d.c. quæ sint Regal. tot. tit. de his quib. ut indign. hæred. auf. l. i. & l. edicto. 13. ff. de jur. fisc. l. Papinianus. 8. §. meminisse. 14. ff. de inoffic. testam. Sunt autem ejusmodi, ut adquirantur quidem iis, quibus relicta sunt, sed adquisita auferantur & eripiantur, ideoque EREPTITIA ab Ulp. in fragm. tit. 17. appellantur. Adeò verò certum est, fisco deberi bona, quæ ut indignis auferuntur, ut is non tantum ipsam rem, sed etiam omnes fructus perceptos auferat, l. heredem. 17. & l. seq. ff. de his quæ ut indig. l. i. C. eod. l. cùm quidam. 17. §. in tacito. 2. ff. de usur. nec indigni de Legatis Falcidiam aut Trebellanicam deducant, l. Marcellus. 3. §. fin. l. recusare. 6. §. si fisco. 3. ff. ad SC. Trebell. l. beneficio. 59. ff. ad l. Falcid. & ne legitimam quidem detrahant, d. l. Papinianus. Causas ex quibus bona alicui auferuntur & fisco incorporantur, vide apud Sixtin. lib. 2. c. 10. n. 13. & seqq. Etsi autem bona, quæ indignis auferuntur, regulariter fisco vindicentur, quibusdam tamen casibus ea non fisco sed aliis conceduntur, d. c. 1. Quæ sint Reg. & l. un. §. Quæ autem. 13. C. de cad. toll. Si enim testamentarius tutor se à tutela excusaverit, privatur legato sibi reliquo, ut indignus, ipsum tamen legatum ad fiscum non transfertur, sed ipsi pupillo relinquitur, ut ait IC. in l. post legatū. 5. §. amittere. 2. ff. de his quæ ut indig. l. si legatarius. 25. C. de legat. l. tutor petitus. 28. §. 1. l. Nefennius Apollinaris. 32. & l. seq. ff. de excus. tut. Alias exceptiones vide apud Sixtin. d. lo. n. 104. & seqq. Relictum incapacibus pro non scripto habetur, l. i. C. de hæred. instit. proindequæ ad fiscum non pertinent, l. si in metallum. 3. ff. de his quæ pro non script. hab. sed pertinet vel ad substitutum, l. i. ff. de his quæ pro non script. hab. vel ad cohæredes scriptos, l. un. §. in primo 3. C. de cad. toll. vel his deficientibus ad proximos hæredes agnatos & cognatos, l. in plurimum. 70. ff. de adquir. vel amitt. hæred. l. i. ff. Si tab. testam. null. ext.

b) d. c. 1. quæ fint Regal. l. si quis. 6. juncta Auth. incestas. C. de incest. nupt. Nov. 12. c. 1. & 2. Incestæ nuptiæ esse censentur, quæ ob sanguinis conjunctionem vel adfinitatem prohibentur, l. fin. ff. de rit. nupt. l. si quis viduam. 5. ff. de quæst. c. lex illa. 36. q. 1. An

verò

verò liberis ex hujusmodi matrimonio natis ex parentum bonis alimenta denegari possint, controvertitur? Etsi jure civili expeditum sit, spuriis nihil donari vel testamento relinquere, ne alimenta quidē posse, *Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Bl. ibid. in pr. & communiter Dd. tex. in c. ult. Auth. Quibus mod. nat. effic. legit. tex. in l. i. juncta Auth. licet. C. de nat. lib.* adeò ut etiā statutum in contrarium factum non valeat, eò quod fornicandi & sicut turpitudini occasionem præstaret, *tex. notab. in l. illud convenire. s. ff. de pact. dotal.* nam lex non debet esse turpitudinis occasio, sed sancta & honesta, & prohibens contraria, *c. erit lex. dist. 4. l. justitia. 10. §. 1. ff. de just. & jur. l. 2. ff. de ll.* tamē ex æquitate juris Canonici, quæ juris rigorem hac in parte mitigavit, illos alimentis minimè defraudandos censeo, *tex. sing. in c. cùm haberet, de eo qui dux. in matrimon. quam poll. per adult. maximè si aliunde non habeant, unde vivant: nam licet spuri sint, filii tamen sunt, quia natura communis, Bl. conf. 456. n. 10. vol. 5. ubi dicit, jus civile in tantum amasse castitatem, ut destruxerit paternam pietatem. Idem conf. 457. n. 9.* inquit, quod sicuti patri non licet occidere filium spurium, ita nec alimenta ei denegare, quia ea denegans necare videtur, *l. necare. 4. ff. de agnos. & alen. lib.* c) *d. c. un. quæ sint reg.* Quibus autem & ad quem usq; gradum proscriptorum & damnatorum bona serventur, deciditur *in Nov. 134. c. ult.* In qua cùm transversales non contineantur, perperam illorum facit mentionem Irnerius *in Auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript. seu damn.*

X III.

Item in societatem Regalium admittimus præstationes Angariarum, parangariarum, plaustrorum & navium ad felicissimam expeditionem regalis numinis.

d. c. quæ sint reg. Quid verò ANGARIAE & PARANGARIAE sint, mirum in modum discrepat interpp. Sunt autem ANGARIAE & PARANGARIAE (quorum vocabulorum origo Persis adscribitur) onus, quod ob negotiū aliquod, cui ce-

C 2

Ieriter necessitate ita exigente providendum est, imponi-
tur. Ita hoc onus exigitur in transvectione armorum & a-
liarum rerum. Nonnulli interpretantur POST AS. Germa-
nis est, Frönen / Frondienst / Scharwerck / Herrendienst / &c. Et
licet Angariæ & Parangariæ dominis debeantur: subditi ta-
men nullo modo ultra solitum gravari possunt, Rosenth. c. 5.
concl. 71. ubi dicit notandum esse, quod subditi non sint co-
gendi extra territorium aut locum consuetum, & habita-
tionis domini operas edere, ut si soliti erant à suis habita-
tionibus ad unam aliquam arcem aut castrum operas præ-
stare, longius evocari non debent, I. opera. 21. ff. de oper. libert.
Ferrar. Mont. lib. 6. F. c. 3. §. Ordinaria servitia. Et sic Camera Im-
perialis in causa der vier Dörffer in Hatgaw contra Hanaw/
8. Mart. Anno 1553. pronunciavit, quod ad arcem in Hatgaw
& aulam domini Comitis ulterius non debeant evocari.
Plura Cameræ Imperialis præjudicia vide apud Rosenth.
d. c. 5. concl. 71. n. 5. Indefinita autem servitia secundum con-
suetudinem & morem regionis & subditorum facultatem
sunt exigenda & præstanta, tūm etiam judicis officio vel
boni viri arbitrio modificanda & definienda, Dd. in l. si sit le-
gatum. 75. §. 1. ff. de leg. 1. Alex. in l. locus. 26. ff. de adquir. poss. Bl. in c.
fin. de prohib. feud. alien. per Frid. Spec. in tit. de censib. De infinitis
servitiis, Von vngemeissenen Frondiensten/ in Camera dispu-
tatum in causa Pfullendorff contra Zollern / Gilm. in decis. seu
præjud. Cam. in ver. Subditus. Quæritur hīc, Quo modo & qui-
bus remediis adflictis & misellis hominibus adversus do-
minorum sœvitiam succurri possit? Et primū quidem ju-
ris præsumptionem pro se habent, quod videlicet in debita
servitia præsumuntur à subditis permetum extorta, Boér. de-
cis. 132. n. 4. Col. de proceß. exec. p. 1. c. 9. n. 58. & Bl. in c. Qual. vas. jur.
deb. dicit, quod nova jura à subditis extorta præsumuntur
impressiva. Atque habent subditi ordinaria juris remedia,
quibus contra dominum uti possunt, & inter hæc est inter-
dictum Ut i Posside tis, quo rectè utuntur si in posse-
sione vel quasi à domino molestentur, Bl. in l. 1. C. commun. de
manum. Br. & Alex. in l. 1. §. 1. ff. uti possid. Potest etiam is qui in
debitis servitiis à domino gravatur, superioris auxilium &
offi-

officium implorare, ut domino sub gravi pœna mandetur,
ne plus solito eos graver, & tali casu solent quandoque
MANDATA SINE CLAVSULA in Camera decerni, Geil. i.
obs. 17. n. 1. Et domini non debent habere insatiabilem vo-
luntatem in operis rusticorum exigendis, sed mediocribus
contenti esse debent, facit l. libertos. 6. C. de obseq. patr. præst. ubi
libertus ad obsequium, non ad operas non impositas tene-
tur, & notat Bened. in c. Raynutius. §. condidit. de testam. Pharao-
nem ob injustam operarū exactionem necatum esse, quod
domini terrarum expendat, & hos versiculos perpendant:

*Qui nimis emungit, solet extorquere cruentum,
Et moderata facit correctio deteriorem.*

Sed moderata satis correctio gignit amorem.

Imò adeò odiosum & omni jure prohibitum est subditos
ultra modum angariis & parangariis aliisque operis gra-
vari, ut ob hujusmodi adsperitatem & sævitiam subditi ab
imperio & potestate, quam domini in eos habent, eximi
possint, Bald. in l. si dominus. 2. §. dominorum. ff. De his qui sunt sui
vel alien. Roman. consil. 37. incip. Viso puncto. n. 1. Guid. Papa decis. 62.
Sixtin. lib. 2. c. 13. n. 56. & seq. Notandum tamen, quod in man-
datis sine clausula decernendis contra dominos judex sin-
gulas factorum circumstantias diligenter examinare de-
beat, ne subditi adversus dominos & Magistratum armen-
tur, ut recte monet Geil. d. obs. n. 6.

XIV.

Denique inter Regalia numerantur ex-
traordinaria collatio, *a*) potestas creandorū
Magistratum, *b*) argentariæ, *c*) palatia, *d*)
piscationum redditus, *e*) salinarū vectigal, *f*)
bona committentium crimen læsa Maje-
statis, *g*) & thesauri in loco Cæsaris vel reli-
giofo reperti portio. *h*)

a) Vocatur superindictum, id est, quod pro Imp. utilita-

C 3

te & necessitate indicitur supra ordinarias & statas indi-
ctiones, census & tributa. De quibus agitur tot. tit. ff. de cens.
& t.t. C. de indict. t.t. C. de ann. & trib. l. un. C. de collat. donat. Vult.
de F. lib. i. cap. 5. n. 7. Germ. dicuntur die Reichstagwren zu einem
Römerzug. Quod autem superdictum sive extraordinaria
collatio recte connumeretur inter Regalia, ex eo evincitur,
quod non nisi ex judicio & precepto Imp. exigi potest, l. un.
C. de superind. Hodiè tamen superdictum sive extraordinaria
collatio non à solo Imp. sed ex consensu Statuum Im-
perii indicatur, ut arguunt varii recessus Imperii, veluti Reces-
sus Imperii habitus Wormatiæ Anno 1495. & Augustæ 1500. Coloniae
1512. §. Und damit die messigung. & §. seqq. Augustæ 1518. Norimber-
gæ 1522. Spiræ 1526. §. Item als auff dem Reichstag. & §§. seqq.
Spiræ 1529. §. Zum andern. Augustæ 1530. §. Und nach dem offen-
bar. & §§. seqq. Ratisbonæ 1532. Spiræ 1542. Augustæ 1548. Et Eccle-
siasticæ personæ huic appositæ sunt oneri, quando ad feli-
cissimam expeditionem Cesarei numinis ab omnibus col-
latio extraordinaria exigitur, l. neminem. II. C. de SS. Eccles. l. un.
C. ut nem. lic. in emt. sp̄ec. se excus. Sub extraordinaria verò col-
latione non solùm pecunia sed etiam Fodrum continetur,
de cuius vocabuli significatione vide Hottom. in suo dictio-
nar. feud. in ver. Fodrum. Quæri hīc potest, An Princeps, Co-
mes vel Baro subditis suis etiam absque Imp. & Statuum
consensu talleas vel collectas extraordinarias imponere
possit? Negantium placet opinio, d. l. un. C. de superind. l. 1. 2. &
3. C. nov. vectig. instit. non poſſ. l. domini. 5. & l. cūm satis. 23. §. I. C. de
agric. & censit. l. non placet. 8. C. de excusat. mun. Br. ad l. 1. C. d. tit.
Quia impositio tallearū est de Regalibus & ideo soli Prin-
cipi competit, c. 1. Quæ sint regal. An etiam dominus ad filiam
maritandam subditis talleam imponere possit, quæritur?
Negat Salic. in l. 3. n. 3. C. nova vectig. instit. non poſſ. Rebuff. in l. 1.
C. de exact. trib. Clar. in §. feudum. q. 29. n. 2. Bl. in c. 1. §. similiter, de
capit. Corr. ubi dicit, quod subditi non teneantur ad onus
maritagii filiorum domini. Deinde quia officium paternū
est dotare filiā, l. fin. C. de dot. promis. & l. qui liberos. ff. de rit. nupt.
Si ergo est officiū paternū, certè vasallus seu subditus non
debet ad hoc teneri. b) Hoc jus lege Regiâ in Imp. transla-
tum

tum est, l.un. ff. ad l.Iul.de ambit. ubi IC. Modestinus ait, Legem Ju-
liam de ambitu hodiè cessare, quòd ad curā Principis crean-
dorum Magistratum potesta pertineat, non ad populi fa-
vorem, ad quem alioquin olim spectabat. Adeò verò certū
est, potestatem creandorum Magistratum Regale esse, ut
eam inter Majora Regalia referant Interpp. in quorū classe
sunt Zaf. in Epitom. F. p. 5. n. 14. Caftald. in tract. de Imperat. q. 110.
cas. 17. Ferr. Mont. de F. lib. 5. c. 7. ver. Regalia adhuc. Sonsbec. de F.
p. 8. n. 19. & plures alii. c) Vulgò de argenti & aurifodinis,
aut, ut pleniùs dicam, de metallifodinis hoc intelligunt,
tot. t. C. de metallar. & metall. Wesenb. de F. c. 12. n. 5. Borch. c. 1. n. 87.
quem intellectum esse communem attestatur Rosenth. c. 5. conclus. 85.
d) d.c.un. quæ sint regal. & ibid. communiter Dd. Peregrin. de jure
fisci lib. 1. t. 1. n. 19. & 26. Chaffan. de glor. mund. p. 12. cōfid. 67. Rosenth.
d.c. 5. concl. 88. n. 1. Choppin. de doman. regn. Franc. lib. 3. t. 9. n. 6. Re-
feruntur etiam à quibusdam palatia inter Majora regalia,
Boc. c. 2. n. 162. Sunt autē PALATIA ædes in usum Imp. com-
paratæ, & ab omni privatorum usu & communi habitatio-
ne exceptæ, l. nulli judicum. 14. C. de offic. rect. prov. l. quicung. 17. C.
de oper. publ. & l. un. C. de palat. & dom. dominic. habere tamen &
inhabitare hujusmodi palatia possunt ii, quibus hoc Prin-
ceps peculiariter permisit, d.l. quicung. Et hujusmodi do-
mus etiam hodiè habētur in civitatibus quibusdam Impe-
rialibus, puta, Goslariæ, Aquisgrani, Norimbergæ, in qui-
bus locis Impp. sua habent palatia. e) Cujac. pro pisca-
tionum vocabulo putat reponendum piciarum, ut quæ
sunt fodinæ picis. Verùm constans omnium libroru lectio
habet piscaionum non piciarum redditus, id est, pensita-
tiones, quæ fisco pro concessione juris piscandi debentur,
vide Sixt. lib. 2. c. 18. n. 4. & seq. f) quod fiscale esse testatur, l.in-
ter. 17. ff. de V.S. vide Rosenth. d.c. 5. concl. 86. g) d.c.un. Quæ sint
Regal. Licet autem Imp. Frid. antè de bonis proscriptorum
& damnatorum mentionem fecerit: tamē cùm crimen læ-
sæ Majestatis quamplurima habeat singularia, existimavit
Imp. se rectè facturum, si peculiariter & seorsim hujus cri-
minis meminisset. Et censetur hoc crimen tam atrox & e-
norme, ut dicatur primum & maximum in l. religio, C. Theod.
de in-

*de indulg. crim. & sceleratissimum, l. ult. C. ad l. Iul. Majest. & o-
mnium pessimum, Nov. 22. de nupt. §. si igitur. nec abolitione
omnium criminū impetratā, hujus abolitio censeatur con-
cessa, Marsil. in l. un. n. 130. C. de rapt. virg. Decian. in tr. crim. lib. 7. c.
27. n. 28. An autem crimen læsæ Majestatis in Electores
& Consiliarios Imp. committi possit, quæritur? Affirman-
tium mihi arridet opinio, l. quisquis. 5. C. ad l. Iul. Maj. Iul. Clar.
lib. 5. sent. §. læsa Majestatis. n. 5. Damhaud. in prax. rer. crim. c. 62. n. 7.
Tholos. in syntag. jur. univ. lib. 35. c. 3. n. 5. Aurea bull. tit. 24. §. quoties.
Et Imp. inter alia elogia Electores vocat PROPINQUIORA
SVA MEMBRA, PARTEM CORPORIS SVI, COLUMNAS
ET LATERA SOLIDASQ. BASES IMPERII, & addit, eos
sacrum ædificium circumspetæ prudentiæ solerti pietate
sustentare suo præsidio, dextram imperialis prudentiæ ro-
borare, suâq; prudentiâ orbi fluctuantis subvenire, ut videre
est in Aurea bulla, c. 2. 3. 12. & ult. Ad Majestatis crimen etiam
referri possunt delicta immediatè in Deum altissimam Ma-
jestatem commissa, ut sunt blasphemiae, &c. vide Novell. 77.
h) non datâ operâ inventus: nam thesaurus datâ operâ,
§. thesauros. Inst. de rer. divis. l. 1. C. de thesaur. vel artibus magicis
inventus, totus est Cæsar, Dd. in d. §. thesauros. vide etiam Ro-
senth. d. c. 5. conclus. 89.*

X V.

Atquehæc sunt Regalia illa, quorum fit
mentio in d. c. un. Quæ sint Regal. Reliqua
fisci jura & privilegia ex jure Civili peti pos-
sunt.

*tot. tit. de jur. fisc. & paßim lib. 10. 11. & 12. Cod. Videatur & Pe-
regr. de jur. & privil. fisci. De hypotheca autem fisci, de qua ma-
iores sunt controversiæ, primò quæritur, An fiscus in pœnis
habeat tacitam hypothecam sicut habet in contractibus?
Ante sent. latam fiscus in pœnis nullum jus habet hypothe-
cæ, l. 1. C. pœn. fiscal. Credit. præf. Quia si tale jus haberet ante
sententiam, posset per hypothecariam à quocunq; posses-
sore*

sore alienatum revocare, quod est falsum, vide Br. in d. l. i. & in
l. aufertur. 46. ff. de jur. fisc. & Cyn. in l. si postbac. C. de bon. damnat.
Secundò quæritur, Utrum in dubio prioritatis fiscus præ-
feratur, an verò privatus? Utrumque pro rata debiti admit-
tendum cum Niell. disp. feud. II. th. 7. lit. s. existimo, arg. l. 7. §. 1. ff.
Qui pot. in pign. hab. Quidam privatum præferunt, arg. l. un. §.
antepen. C. de cad. toll. l. non puto. 10. & l. in summa. 17. ff. de jur. fisc.
Quidam fiscum, arg. l. est & decretum. 25. ff. de jur. fisc. quorum
sententia vulgò recepta est, si fiscus de damno vitando cer-
tet: lucrum captantem postponunt, Neguzant. de pign. part. 2.
memb. 4. n. 117. & seq.

X V I.

Sed ne manca & imperfecta hæc mea de
Regalibus sit disputatio, non nihil etiam de
eorum acquisitione & amissione mihi at-
tingendum puto.

Licet Regalia Imp. Rom. sint propria, id est, suo proprio
jure vindicet sibi Imp. Regalia, vide Reichs abschied de Anno
1530. in fin. pag. 235. ibi: So Regalien von vns oder dem heiligen
Römischen Reich hat: transire tamen ad Principes inferiores
aliosque legitimis quibusdam modis possunt. Sic quidam
jurisdictionem habent suo proprio jure, quidam verò alie-
no beneficio, l. more. 5. ff. de jurisdict. l. i. ff. de offic. eius cui mand.
est jurisdiction.

X V I I.

Sunt autem modi duo, quibus aliorum
etiam Regalia fiunt: Concessio Imperato-
ris, a) & Præscriptio. b)

a) c. super quibusdam. §. præterea. de V. S. eoq; facit etiam l. non
soleat. 3. C. nov. vectig. instit. non poss. & c. quod translationem. de of-
fic. leg. est que communissima Dd. sent. & ipso usu etiam re-
cepta, adeoq; vera, ut Ripa respons. 80. n. 1. dicat, eum, qui ne-
gaverit Principem Regalia posse concedere, incidere in cri-

D

men læſæ Majestatis , per l.2. C.de crim.sacril. c.si quis suadente.
§.committuntur.17.q.4.Sixtin.lib.1.c.5.n.2. Fit autem Regalium
concessio vel per privilegium, vel per investituram sive in-
feudationem. Privilegium rursus duplicitis generis est, ni-
mirum lege ipsâ, puta, Aureâ bullâ Caroli IV. aliisq; Con-
stitutionibus vel sine lege cōcessum , Sixtin.d.loc. n.6. & seqq.

Q Quæritur h̄ic, An Imp. etiam Regalia Majestatis seu majo-
ra Regalia cæteris Principibus concedere possit, nec ne?
Dd. id generaliter adfirmant, Borch.in explic.c.un.qua& sint reg.
n.7.& 8.Rosenth.in synops.jur.feud.c.5.concl.9.Ioh.Schon.lib.1.disp.

F. disp.4.th.9. Vocatur & illud in quæstionem, An Imp. quan-
do Regem creat, tacitè intelligatur novo illi Regi in ejus
regno Regalia concedere, eaque Rex ille exercere possit, ac
si specialiter isthæc tributa essent? Negantium placet opi-
nio: quia auri, argenti aliasq; metalli fodinarum Regalia,
ut Principibus Electoribus in provinciis suis, sic & Regibus
Bohemiarum in regno Bohemiarum in speciale privilegium tri-
buuntur in Aurea bullâ Caroli IV. tit. Von Geld / Silber vnd
ander Erz wegen / vide Boc. c.4. n.11. b) tex. expreß. in c. super
quibusdam. §. præterea. ext. de V.S. Reichs Abscheid zu Augspurgis
de Anno 1548. Hæc autem præscriptio debet constare tem-
pore immemoriali. nam de eo tempore expediti juris est,
quod obtineat vim privilegii ac specialis concessionis im-
peratoriæ, Afflict.in c.1. §. si quis per triginta. n.10. Si de feud. def.
cont. int. dom. & agn. Gabriel. commun. concl. lib. 5. tit. de præscript.
Myns. cent. 1. obs. 30. Quod sitamen Regalia & summo Princi-
pi reservata privato alicui homini competant, præscriptio-
nen triginta vel 40. annorum contra eum sufficere docet
Br. in l. si publicanus. §. fin. ff. de public. & vectig. & ex Canonistis
Felin. in c. cùm nobis. de præscript. Verùm cùm Regalium plu-
res sint species, non est putandum, unâ specie præscriptâ,
cæteras etiam species præscriptas intelligi. Unde est vulga-
tum illud Dd. quo dicitur, præscriptionem Regalium strictè
esse accipiendam, nec de una specie ad aliam extendendā.
Et quantum possessum, tantum & non plus dicitur esse præ-
scriptum, l.1. §. si quis hoc interdicto 4. ff. de itin. act. priv. l. deniq. 19.
cum l. seq. ff. Ex quib. causis major, vide Rosenth. c.5. concl. 17. Vult. lib.
1. F. c. 9. n. 21.

XIX. Bre-

XIX.

Breviter modi amittendi Regalia sunt
ferè octo: 1. Revocatio, facta ab eo, qui ex
mera gratia concessit.^{a)} 2. Præscriptio ab
alio completa adversus eum, qui priùs Re-
galia habebat.^{b)} 3. Felonia.^{c)} 4. Delictum
& sævitia nimia in subditos.^{d)} 5. Venditio
vel alienatio in alios facta sine cōsensu ejus,
à quo Regalia obtinet.^{e)} 6. Ignavia seu tor-
por Regis vel Principis.^{f)} 7. Proscriptio.^{g)}
8. Civitas propter crimen aliquod solo æ-
quata & aratrū passa privatur Regalibus.^{h)}

a) c. i. §. 1. ver. aperte. de concess. præb. in 6. c. clericis, De immun. Eccl. in 6. c. alma mater, De sentent. excommun. in 6. Bl. in l. qui se pa- tris. num. 33. C. unde lib. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 3. num. 19. Dixi Ex MERA GRATIA, nam si vel ob benemerita vel per contractum & pactiones concessa vel præscriptione adqui- sita fuerint, tunc irrevocabilia sunt. b) c. super quibusdam. §. præterea. de V. S. I. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quot. & astiv. c) Si in feudum data vel cum feudo concessa sint regalia. d) vi- de quæ dixi in thesi i3. prope finem. e) ut enim in alienatio- ne feudi requiratur Domini consensus, sic quoque in Re- galium alienatione. f) Castr. in repet. l. ex hoc jure. n. 18. ff. de justit. & jur. Vasqu. illustr. controversial. c. 1. n. 8. & c. 5. n. 10. Talem e- nim regno, consequenterque Regalibus jure carere, ejusq; imperium alii magis ad id idoneo concedi posse Dd. com- muniter concludunt. Quod tamen hanc notabilem reci- pit limitationem, dummodo legitime imperio exutus fue- rit ac depositus per Electores. Exemplo esse possunt Wен- ceslaus & Henricus IV. Impp. (quamvis huic nescio quo jure accidit) qui ab Imperii Septemviris Rom. imperio de-

D 2

turbati, vide Munst. in sua Cosmograph. libr. 3. in Catalog. Germ. Imperatorum. & ex nostratis Mynting. cons. 19. n. 6. g) vide Geil. lib. 2. c. 1. n. 23. & c. 9. n. 10. de pac. publ. idque adeò verum est, ut procedat etiam quando ob solam contumaciam quis in bannum est condemnatus, Geil. d. lib. 2. c. 5. n. 12. Et hæc conclusio non tantum procedit in Principibus Statibusq; Imperii secularibus, verum etiam quod ad Principes Imperiiq; Status Ecclesiasticos, imperio immediatè subjectos. Namque & hi omnes banni sententiâ Regalibus, quæ ab Imperio tenent, destituuntur, privantur & spoliantur, Geil. lib. 1. c. 1. n. 13. & d. lib. 2. c. 4. n. 21. de pac. publ. h) arg. l. si ususfructus civitati. 21. ff. Quibus mod. ususfr. amitt. l. cognitionum. 5. §. fin. ff. de extraord. cognit. Afflict. in c. 1. §. fin. n. 12. & seqq. De cap. Corr. Geil. lib. 2. obs. 61. n. 1. & lib. 2. de pac. publ. c. 9. n. 30. Ratio est, quod hujusmodi civitas pro omnino mortua, & quæ in rerum natura non sit, habeatur, d. l. si ususfructus civitati. & sublatu principali, ipsum etiam accessorium, cuiusmodi sunt regalia & alia jura, sublatum & extinctum esse censeatur, l. cum principiis. ff. de R. I. c. accessorium. eod. in 6. Limitatur vero hoc jus, ut non procedat, si qua urbs, aratum vi hostium passa sit, tunc enim ei Regalia sarta recta remanent, Geil. d. obs. 61. n. 5. 6. & 7. Rosenth. de F. c. 10. conclus. 4. n. 14. Similiter cum variis & aliis modis res interire possit, puta, chafmate, incendio, terræmotu, §. fin. Instit. de Vsufr. l. ex conducto. 15. ff. loc.

& inundatione, l. qui universas. 30. §. item

quod mari. 3. ff. de adquir.

possess.



CO-

SL
UB

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

http://digital.slub-dresden.de/ppn314717234/29

gefördert von der DFG
Deutschen Forschungsgemeinschaft

COROLLARIA JVR DICO-POLITICA.

I.

AN privignus novercam sine venia & im-
petratione in jus vocare possit? Affir-
mantibus patrocinium polliceor.

*l.4. §.1. cum ll. seqq. ff. de in jus vocand. Alciat. in l.1. n.11. ff. d. tit.
Soarez. in thesaur. recept. sent. lit. N .n. 65. Alex. post Fulgos. in l. gene-
raliter. 13. n.8. ff. d. tit. Quia famosa actio contra eam intentari
potest, l. si nondum. 3. & l. de his. 11. C. defurt.*

II.

An licitum Christianis Principibus ini-
re pacem seu inducias & treugas cum infi-
delibus inconsulto Pontifice? Aff.

Quia ille potest facere pacem, qui potest indicere bellum,
ut not. per Dd. in c.1. extr. de treug. & pac. Sed quilibet Princeps
non recognoscēs superiorem potest indicere bellum. Idem
ergo videtur dicendum circa pacis & fœderis compositio-
nem. Et pro eadem opinione facit etiam, quod habetur de
Abrahā, qui fœdus inivit cū Abimelech alienigena, *Gen. 21.*
imò ipsimet Pontifices pepigerūt fœdera cum infidelibus,
ut Gregorius cum Longobardis, *c. si in morte. 23. q. 8.* & Leo I.
cum Attila Hunnorū Rege, *Paul. Diacon. in Martiano lib. 15.*

III.

Vtrum bella per Hispanos mota contra
Barbaros, quos Indos vocamus, fuerint li-
cita? Negantium sententiæ subscribo.

arg. l. Christianus. 6. C. de pagan. & sacrific. c. dispar. 23. q. 8. Quia

D 3

non potest contra infideles bellum indici ex eo simpliciter, quia sint infideles: nec reperitur in lege veteri eo tantum respectu bella per populum Israëlis mota contra alienigenas, sed ex aliis rationabilibus causis. Deinde Christus & ejus Apostoli non per armorum potentiam, sed piis suasionibus & Evangelicis prædicationibus militabat, quorum exemplum & Hispani sequi debuissent, mittendo prius ad eos prædicatores Evangelii, ut factum in primitiva Ecclesia. Nam & ad fidem nemo cōpellendus per vim, quia voluntarius tantum admittitur, *45 distinct. de Iudæ. 23. q. 5.* ad fidem, *c. majores. §. item queritur. ext. de baptism. c. sicut, ubi per omnes. ext. de Iudæ.*

IV.

An major viginti quinque annis & studiorum causâ absens in integrum restitui possit? Adfirmantium vota, juri & æquitati congrua esse opinamur.

tot. tit. ff. Ex quib. caus. maior. 25. ann. in integr. restit. Br. in l. 1. §. si quis autem. ff. de itin. act. priv. Abb. & Felin. in c. vigilanti. de præscript. Ias. in §. rursus enim. 59. Instit. de act. quorum opinio communis est secund. Ias. in l. 2. n. 185. C. de jur. Emphyt. Dec. conf. 29. & Socin. jun. conf. 70. Quid enim æquius, quam absentiam cuiusquam, quæ vel negotiis Reip. datur, vel quam expressit necessitas, aut vis major, nullius in fraudem redundare: sed ita quod eâ re evenit restitui, ut nec obsit cuiquam neque prospicit, l. ergo. 22. & l. videlicet. 29. ff. h. t.

V.

An Christiani implorare auxilium ab infidelibus ad sui defensionem contra alios Christianos possint? Aff.

Ioh. Andr. in addit. ad Spec. super Rubr. Iudæis. vers. convertendo bunc casum. Oldrad. conf. 71. incip. Nunquid Christianus, ubi dicit, quod quando bellum est justum, ut quando sit pro sui de-
fen-

fensione, non solū cum infidelibus & dolosis possimus
inimicos impugnare, sed & per dolum. Malitiis enim est
obviandum, *l. in fundo. 38. ff. de rei vind.* ideo adversus mali-
tiam quis cum malitiis resistere potest, *l. cùmpater. 77. §. Ti-*
tio. 31. ff. de leg. 2. Exemplo sunt Maccabæi, qui fuerunt viri
sancti & pugiles fidei, qui inierunt pactū cum Romanis, ut
mutuò se juvarent, *l. Maccab. 8. & 12.* Et tamē Romani erāt pa-
gani. Quibus addi potest, quod legitur *Reg. 16.* ubi Achaz
Rex Hierusalem imploravit auxilium Regis Assyriorum
contra alias tribus; & David etiam petit auxilium ab Achis
Philistæo, *l. Reg. 27.* & cum exercitu Philistinorum venit ad
bellum contra Israël, *l. Reg. 29.* Et Paulus ad sui defensionem
vocavit Phariseos, & Romanum Præsidem, dicens se
Phariseum, & quoq; civem Romanum esse,
& petiit à Præside milites, quorum
auxilio servaretur, *Acto.*
22. & 23.

F I N I S.



...naturam et quae omnia sunt in aliis
et in aliis in natura sunt. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura. Et hoc est in aliis
in aliis in natura.

.2 I N I T I A l y s i s



- Coll. diss. A. 234, fasc. 6.